

ET N OER

DISPUTATIO PHILOSOPHICA
DE

CAUSA MATERIALE

^{Quam}

DIVINO AUXILIO,

Cum suffragio & consensu Amplissima Facult: Philosoph: in Regia & per celebris Academis Aboensi:

Rectore Magnifico,

Admodum Reverendo & excellenissimo Viro,

DN. AESCHILLO PETRAEO,
S. S. Theol. Doctore Celeberrimo, ejusdemq; Prof. primario,
natusq; Eccles: Aboensis, nec non Numensis Pastore vi-
gilantissimo, Meccenate magno.

SUB DIRECTIONE

Reverendi & Praclarissimi Viri,

DN. M. NICOLAI LAUR: NYCOPENSI
Log: & Poët: Professoris Ordinarij, & p. t. Facultatis Philoso-
phicæ Decani Spectabilis, Fautoris & Promotoris
sui debitæ observantiæ colendi.Pro gradu Magisterij Philosophici consequendo,
publicè discutiendam exhibet,ISAACUS ROTHOVIVS JUNIOR
PASTOR PARGASENSIS

Ad diem 2. Martij, horis matutinis consuetis, Anni 1650.

ABOÆ Imprimebat Petrus Wald/ Aces. Typog: 1650.

A. l. m. dum Reverendo Praeclarissimo & Eminentissimo
D O M I N O,

D.M.ISAACO ROTHOVIO,

Amplissimæ Diœcesis Aboënsis Episcopo dignissimo,
gravissimo; & Christineæ Universitatis Pro cancellario
Permagnifico, Patri suo quovis obsequij fi-
lialis genere ætatèm prosequendo.

N I C N O N

Prudentissimo & Spectatissimo Viro,

D N . P E T R O R W L G W

Inclytæ Reipublicæ Viburgensis Senatori primatio,
& Negotiatori solertissimo, Socero suo jugi honoris
filialis cultu debitè honorando,

Disputationem hanc Inauguralem in gratiâ
animi τεκμήσον, debitaq; observantia fi-
lialis μνημόνουνον

Dicat &
offerat

ISAACUS ROTHOVIUS.
Junior.

Theſ. I.

Meditanti mihi & Sagaciori mentis discursu deliberanti de Themate huic actui convenientes, ſeſe commode obtulit doctrina *Cauſa Materialis*, quæ vel me tacente aburde ſeſofam commendat. Ex materia enim ortum habemus, hujes nutriendæ & conservandæ cauſa varios sustinemus labores, hæc nobiscum peregrinatur, ruficatur, hanc deniq; in coelum undiq; beatissimum nobiscum portabimus. Quis igitur hanc non laudabit materiam, & ventilatione qignissimam iudicabit?

II. De Cauſa Materiali licet multa hic non inconvenienter tradi poſſent; tamen ob instituti nostri ratione, & plurimas occupationes ea tantum afferemus, quæ vel maximè pro ejus cognitione acquirenda conſiderari ſolent.

III. Reali Definitioni non ſolum utile, ſed quandoq; neceſſarium eſt Nominalem praemittere, quoniam haec ſuo modo nos in ejus ducit cognitionem, & hac ignota ſapè ignoratur res ipſa. De Materia Etymologia, & Synonymia haec vice non conſtituimus agere, ſed de Homonymia duntaxat, quæ ubiq; evolvenda ac tollenda, ſiquidem, errorum Genitrix eſt a quivocatione ſemper.

IV. Vox Materie ſumitur 1. Subjectivè, pro ſubjecto, adjunctum in ſe recipiente, & dicitur vulgo *Mater via in qua*. Sic anima dicitur ſubjectum & materia in

qua suarum facultatum, intellectus & voluntatis. 2. Objectivè pro objecto circa quod Adjunctum occupatur, & dicitur *Materia circa quam*. Sic objecta disciplinarum, ut-pote corpus naturale Physicæ; Ens philosophiaæ primæ; Quantitas Mathematicæ; Item objecta potentiarum scilicet visivæ color & lux; olfactivæ odoris species &c. Materia circa quam nuncupantur. 3. Constitutivè pro principio constitutivo Interno à Forma contradistincto, vocaturq; *Materia ex qua*, quæ sola accurate & philosophicè loquendo nomen Materiæ meretur. Hæc vocis acceptio in doctrina causarum attenditur, quando dicimus causarum species esse quatror, Efficientem, Materia Formam & finem.

V. Definitionem Nominalēm excipit Realis, quæ talis est: *Materia est causa interna ex qua res est*. Circa hujus definitionis analysin duo Considerabimus, Genus & Differentiam.

VI. Genus in allata definitione vocibus, *Causa interna* indigitatur. Materia verè dici causam exinde facile probatur, quod ejus influxu causalí, Materia tum existat. Est enim planè impossibile citra influxum cause Materialis, ullum dari Materia tum. Sicut impossibile est annulum aureum dari absq; auro, & panem absq; fari na.

VII. Quod verò sit è numero Causarum Internarum cunctis in confessio est, cum Essentiam compositi tanquam pars per communicationem proprij Esse intrinsecè & essentia liter constituat. Unde prima causa Essentia lis nomine à Philosophis insigniri solet, eò quod Essentiam inchoet, quam causa Formalis perficit & absolvit.

VIII. Verùm obijciat non ne mo dicendo, vulgatum esse Axioma Philosophorum, Qnod omne Esse sit à Forma, ideoq; non à materia. Pro hujus dubijs solutione app*i*

mē notandum venit, vocem Essentiaē duobus accipi mōdīs. 1. Pro eo quod in composito est actuativum, distinctivum, denominativum & perfectivum, & sic sola Forma est Essentia. 2. Pro omni eo, quod pertinet ad integratatem comp̄siti, & sic Materia rectē dicitur pars quoq; Essentiaē, ejusdemq; inchoatio & fundamen-
tum.

IX. Hæc de genere, reliqua definitionis verba differ-
entiā specificam absolvunt, quæ Materia non modò
à causis Externis, Efficiente scilicet & Fine, Sed etiam à
Forma, quæ interna quoq; causa est, distingvunt, adeoq;
Formalem Materiæ rationem Exhibet.

X. Particula ex, est propria nota causæ Materialis,
eāq; denotatur peculiaris habitudo Materiæ ad comp̄situ-
mum. Quod ut cō melius percipiatur observandum
erit sex potissimum modis aliquid ex alio fieri. *Primo*
Propriè, quomodo Effectum materiatum ex materia sive
remota sive propinqua fieri dicitur. Sic ex auro fit an-
nulus, ex panno vestis. *Secundō* *Impropriè* tanquam
Effectum ex Efficiente sumptâ particulâ ex pro A vel Ab
Sic dicimus liberos nasci ex parentibus, cum tamen hi sint
causæ Efficientes procreantes liberorum, non materiales.
Tertiō, tanquam totū ex partibus viâ compositionis, quo-
modo Hominem ex corpore & anima constare dicimus.
Quartō, partes ex toto fieri dicuntur viâ resolutionis, quo
paecto lapides & ligna dicuntur esse ex ædificio destructo.
Quintō velut finitum ex fine, ad quem modum mercatu-
ram ex lucro profectam dicimus. *Sextō*, Terminus ad
quem velut à quo fieri dicitur, ut cum album ex nigro,
vel ex Puero senex fieri dicitur, in quibus ex pro post, po-
nitur. Prima hujus particulæ acceptio, ut est famosissima
ita præsenti inservit instituto maxiinc.

XI. Per vocabulum *Rei*, Effectum Materiaatum deſignatur, quod ex Materia constituitur, ejusq; correlatum est. Sicut Materia est Effecti Materiauti causa, ita Effectum materiaatum recte ejus causatum dicitur, propter naturam relatorum & mutuum, quem habent inter ſe reſpectum.

XII. Pro uberiori hujus rei cognitione probè atten-dendum, Materia triplicem reſpectum seu relationē habere, nimirum ad causam Efficientem, Formam & compositum. Inter has verò relationes talis eſt ordo, ut reſpectus Materiae ad causam efficientem sit primus, ad formam ſecundus; ad compositum ſeu Effectum Materiaatum poſtremus.

XIII. Causa Efficiens *Primo*, materiam varijs diſpo-nit modis, atq; præparat, ut Formæ introducenda habi-lis exiſtat. Huic poſteā diſpositæ & præparatae con-venientem Formam inducit. Ex materia deniq; & Formæ arctiſſimæ coniunctione iſpum compositum reſultat.

XIV. Hinc liquide conſtat. Materia causalita-tem ſuam non exercere reſpectu cauſæ Efficientis, quam tanquam mobile ſuum movens reſpicit, inter quaæ eſt relatio agentis, & patientis; neq; reſpectu Formæ, quam reſpicit velut ſubjectum ſuum adjunctum, cum Forma ſit in Materia; Sed reſpectu compoſiti ſeu Effecti mate-riati, ad cuius conſtitutionem cohercurrit tum in fieri, fu-ſtentando varias diſpositiones & alterationes, quaæ ad ejus productionem pertinent; tum in facto Eſſe, intrin-ſecum Forma tanquam compare compositum conſtiu-en-do.

XV. Verbum eſt ad omnes temporis differentias exten-dendum eſt. Materia itaq; eſt cauſa ex qua reſi-ri

ri potuit, vel facta est, aut fieri poterit. Nam definitio-
num verba, juxta canonem trisum, sunt intelligenda de
potentia, non praeceps de actu. Sic argentum est ma-
teria Ex qua potest fieri poculum, vel aliud, et si de facto
nondum poculum sit elaboratum.

XVI. Hactenus vidimus definitionem; nunc oculi
ad Materiae distinctiones sunt convertendi, quae in ma-
gna circumferuntur copia; quarum quadam magis ad
Physicam spectant, cui etiam nunc relinquentur; Quæ
vero ad præsens faciunt negotium breviter saltem per-
stringendæ veniunt.

XVII. Materia Primo alia est Sensibilis, alia intel-
ligibilis. Illa est, Ex qua Materiatum sensile componi-
tur seu quæ qualitatibus sensibilibus substat, qualis est sub-
stantia corporea, quæ sola actu cognoscitur sensu externo
beneficio, vel apta est cognosci. Ex hac Materia quicquid
componitur, id corpus est seu materiatum corporeum.
Sic ex Materia sensili homo, bestia, plata, lapides & metalla.
Composita sunt, quæ singula mediante sensu externo
percipiuntur & cognoscuntur. Hæc est ex qua Esse-
ctum existens, solo intellectu percipitur. Talis Mate-
ria Entib⁹ incorporeis tribuitur. Sic triangulum Mathema-
ticum è tribus lineis, è literis vox, è Subjecto & prædicato
propositio, è tribus terminis Syllogismus componitur.

XVIII. E dictis patet multum esse discriminis inter
Materiam sensibilem & intelligibilem. Materia enim
sensibilis est rerum naturalium seu physicarum, & artifica-
lium; At intelligibilis est Spirituum, rerum Mathematicarum & Logicarum seu notionum secundarum, & uno
verbo, omnium rerum abstractarum, præter D E U M.
Hinc Materia intelligibilis, alio nomine materia abstra-
cta & analogica appellatur.

XIX. Materia *Secundo* dividitur, in Materiā Produktionis & Compositionis.

XX. Materia *productionis*, seu Generationis, quā etiam à quibusdam constitutionis dicitur, est Materia præexistens, ex qua Materiatum est constituendum. Sic ex nutrimento fit chylus, Ex chylo fit sanguis, ex sanguine fit semen, Ex semine generatur homo. Talem materiam mundus condendus non habuit, Unde verisimile ex nihilo productus dicitur juxta versiculum;

Materiam noli querere nulla fuit.

XXI. Materia *Compositionis* est Materia coëxistens, Ex qua Materiatum est constitutum. Talis materia hujus universi sunt, Cœlum, Terra, Aqua, Aër, ignis &c. Hominis corpus varijs membris constans.

XXII. Nota: Licet vocabula hæc *componere* *constituere*, *Producere*, in communi loquendi usu sæpe eodem modo usurpentur, tamen philosophi convenientioribus terminis destituti illa distinguunt; quibus tali in casu licitum est ὅρηγετωνος & voces nova significacione donare, quod Sæpè factum animadvertisimus.

XXIII. Materia *Tertiò* dispescitur in *Remotam* & *Propinquam*.

XXIV. Materia remota est, ex quā mediante alia, Effectus dependet. Sic Materia remota Syllogismi sunt tres termini. Hominis quatuor Elementa. NB. Hac causā Materiali posita sine propinquiori, non est necesse ponī Effectum materiatum; Ad hujus enim positionem omnino requiruntur causæ proximæ, & quidem, in actu causandis.

XXV. Proxima est, ex qua Effectus Immediate dependet

pendet. Sic Materia proxima Syllogismi sunt tres propositiones. Et Hominis: caro, ossa & ceteræ partes organicæ. Nota, Hac Materia positâ, ponitur materia-tum, juxta regulam Generalem; Positâ causâ proximâ in actu causandi non potest non sequi Effectus.

XXVI. Materia quarto in Immanentem & transeuntem distinguitur.

XXVII. Materia *Immanens* est, Ex qua manente & non mutata compositum Constituitur. hoc est, Materia Immanens dicitur illa, quæ manet in materiato, qualis in se considerata est, & eandem ubiq; retinet natu-ram. Sic Materia immanens sunt lapides in muro, Tra-bes in pariete, aurum in annulo, Argentum in poculo, æs in nummo æneo, ferrum in gladio. In his enim omni-bus Materiatis, Materia invariata quoad Essentiam ma-net, licet quoad figuram mutetur Externam.

XXVIII. Materia *Transiens* est, ex quâ transmutata Res Materiata existit. hoc est, quæ non manet talis in Materiato qualis in se considerata prius fuit; Sed compositum constituit cum antegressâ aliquâ mutatione, per quam transeat quasi ex priori suo esse. Sic vinum est materia transiens aceti; Sangvis est materia transiens carnis; Semen animalis; Ex lemine enim transmutato nascitur animal.

XXIX. Pro facilitiori hujus distinctionis intellectu sequentia notanda sunt. 1. Materia dicitur *immanens* non quod maneat in materiato, quia non minus transiens quam immanens in materiato manet. Imo, hoc est omnibus materijs commune, ut maneat in re materiali. Sed ideo dicitur immanens, quia secundum totum & in-tegrum suum esse, sine sui mutatione est, & manet in composito.

XXX. *Transiens* dicitur, non quod transeat seu pereat & in nihilum redigatur: Sed quia Secundum pri-mam suam Entitatem & secundum eandem rationem ac speciem ut est in se, non manet in composito, sed secundum eam in quam transiit, sic semen est materia Hominis transiens, quod non manet in homine secundum primam suam Entitatem, sed secundum quod ex eo fit aut os aut nervus, aut cartilago, aut alia pars corporis humani.

Atq; hæc præsenti de materia pro instituti nostri ratione dicta sufficient, Faxit Sacro Sancta & individua Trinitas, ut cedant in Divini nominis gloriam, & nostram propriam etiam perfectionem.

Axiomata.

1. *Si Materia est Materiatum esse potest.*

2. *Si Materia non est, Materiatum fieri non potest.*

3. *A Materia affirmativè & negative valet consequentia.*

4. *Cui tribuitur Materia, illi tribuuntur Proprie-tates materiae.*

5. *Una Eademque res potest habere rationem Essi-cientis & Materiae.*

6. *Materia est prior forma.*

7. *Materia & Forma sunt partes rei Essentiales.*

Corol-

COROLLARIA.

An accidens possit esse Subiectum alterius accidentis Aff: D.

2. An hic Syllogismus Calvinianorum bene concludat?

Quodcumq; corpus in cruce pependit, Id nobis in Sacra cæna offertur manducandum.

At visibile & palpabile corpus Christi in cruce pependit.

Ergo visibile & palpabile corpus Christi nobis in sacra cæna offertur manducandum? N.

Magni Parentis,

Admodum Reverendi & Excellentissimi Viri;

Dn. M. ISAACI ROTHOVII,
Amplissimæ Diocæses Aboënsis 23. jam An: Episcopii
vigilansissimi, de Ecclesiâ Christi optime meriti: Nec non Academæ huius
Vice-Cancellarii permagnifici, ut meritis planè pateris; ita filiali
obseruantia æternum mihi deviant;

Filio minime degenero,

Viro Venerabili, Humanissimo atq; Doctissimo,

DN. ISAACO ROTHOVIO
JUNIORI, Celebris Ecclesiæ Dei in Pargas

Pastori dignissimo, fraterno amore semper prosequendo.

Pro gradu Magisterij, sub Directione Præsidis acutissimi, docte
disputanti, Summos & benè meritos in Philosophia & hone-
res hoc dæcas $\chi\omega$ animitus gratulor:

UT Patrū è Sacro nomen retulisse lavacro,
Inq; Patrū, merito, laus subiisse locum.

Sic

Sic quoq; non minor est, premere & vestigia Patri;

Atq; Magisterij tollere abinde Gradum.

Nempe Senex metuet non fata Magister ISAACUS

ROTHOVIU S; quoniam tute Secundus eris^o.

Accipias tantos fausto hinc, precor, omne honores!

Et sic Rothorum floreat usq; domus!

Sic Reverende Senex, Sic tua fama manebit

In natis: Serò sentiet atq; rogos^o.

L. m^j, non ut volui aut debui, sed ut in tantâ fe-
stinatione, inter tot impedimenta potui, accinens.

MICHAEL O. WEXIONIUS

Jur: & polit: prof. p. Aboz.

D. ISAACUS ROTOVIUS JUNIOR
PASTOR FIDELIS:

Per Anagram.

SIS FACULA ARDEN S, I VIRTUS, I
PIO STUDIO! ORO.

C Lare Vir Aonidum decus immortale Camœna:
Et synceri animi portio chara mei:

VIR TUS qua^e niveis supereminet æthera pennis,
Te vir nutritum fovit, & usque tenet.

I Pius ORO & TE VIRTUS super æthera tollet:

I VIRTU TIS amans, lq, pio studio,

SISq; tuis ovibus FACULA ARDEN S, dante Jehova,
Servulus esto Dei, his I FACUL Aq, Dei.

Quod celeri fulmo, animo tamen
Syncero, Amico Syncero precor.

ABRAHAMUS GEORGII Thaumonius
Phys. R.